Fragmentarium

runt ei dicentes; Oſanna filio
dauid. benedictus qui uenit in nomine dñi;
Verſiculus iſte ſpiritalit̃ potius quã ad litterã
eſt intellegendus; Et eſt ſenſus; Dico enim
uobis. non me uidebitis amodo donec dicatis
benedictus qui uenit in nomine dñi. id ẽ me
uobiſcũ in cordibus manentẽ non habebitis.
quo aduſq; me credatis filiũ dĩ ad ſalutem
hominũ a patre eſſe miſſum; INCIPIT PASSIO
BEATI IOHANNIS EVVANGELISTE. VI KL. IANV
ARII

MELLITUS ſeruus xpĩ epiſcopus
laudiciae. & uniuerſis
aecclesiis catholicorũ
aeternã in dño ſalutẽ; Volo ſollicitã eſſe
fraternitatẽ ueſtrã. de leccio qui quondã
ſcripſit apoſtolorũ iohannis euuangeliſtę.
& ſci apti andreae. et thomę apti. qui de
uirtutibus quidẽ que per eos dñs fecit. dixit
uera. & manifeſta ſunt; De doctrina uero
multa mentitus eſt; Dixit eñi docuiſſe
eos duo principia. qd execratur aecclesia xpi;
Quicũ ipſe ſcs iohannes aptls in capite euuan
gelii ſui unũ teſtatur principiũ. in quo
ſemper fuerit uerbũ. per qd uniuerſa creata ſ.
uiſibilia & inuiſibilia; Leucius autẽ dixit
eos docuiſſe duo principia boni & mali;
Et bona a bono. mala uero a malo principe
extitiſſe. cũ conſtet malũ nihil eſſe ſub
ſtantiale. ſed actuale. & penitus nullã
eſſe creaturã. neque uiſibilẽ. neque inui
ſibilẽ. quae poſſit mala intellegi per naturã.
Siue eñi angls malus. ſiue homo malus. a bono
dõ factus eſt; Et ideo malus. quia contra
creatoris ſui uoluntatem preſumpſit; Nam
& angli & homines qui mali eſſe noſcuntur.

a iuſto dõ dãpnantur; Iuſtus autẽ dñs. iniuſticiã
punit; Quã non oriendo homines t angli.
ſed agendo incurriſſe noſcuntur; Prohibita
eñi a dño. ſeruus ſi perpetrauerit & iuſſa non
fecerit. iuſte puniendũ ſe eſſe cognoſcit;
Quicũque ſeipſũ pro ſua preſumptione humi
liauerit ex toto corde & dixerit. peccaui
tibi dñe miſerere mei. ſubueniat ei pietas
dñi; Et qui pro iuſticiã iuſti iudicis puniendus
extiterat. per miſericordiam ad indulgentiam
reuocabitur; Ergo ut uere te peccatorem
oſtendas. dm̃ creatorẽ honora; Honoras
autẽ creatorẽ. ſi te ſolũ culpaueris cũ delin
quis. & non ſubſcribis creatori qd peccas;
Vt omnẽ partẽ tuã preſumptionẽ arguas.
non tu queras opam conditoris; Si uere te
neglegentẽ tu accuſaueris delinquentẽ.
& uerã dõ obtuleris poenitentiã. ad uerã
poteris indulgentiã peruenire; Haec libent
illius cauſa memorauerim. qui mendacio
apoſtolos dĩ adſerit docuiſſe. duorũ con
trariorũ per principia hominis extitiſſe
facturã. animã a bono dõ conditã. carnẽ
a malo. & neceſſitate carnis. animã in
uolui peccatis; Quod ſi ita eſſet. qui non
peccat. omnino non uiueret; Sicut qui
non manducat. aut non bibit. aut non
digerit. aut non dormit. ſine dubio uiuere
non poteſt; Ita & qui non fornicatur. aut
qui non inuidet. aut qui non furatur. aut quid
non aliquid crimen admittit. ut non poſſit
uiuere monſtraretur; Ad uero cũ doceatur
homo ſine fornicatione uiuere. qui ſine
uictu & ueſtitu uiuere non poteſt. conſtat
eũ ita conditũ. a bono creatore. ut ſine cri
minibus queat ſubſiſtere. cũ abſque alimo
niis non poſſit omnino conſtare; Denique

8

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 8r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49415)